

1.

*Archivio Apostolico Vaticano <[archivio@aav.va](mailto:archivio@aav.va)> ezt írta (időpont: 2022. szept. 6., K, 8:57):*

Carissime professor Petre, amice mi ab Hungaria perpulchra!

Ignoscas, quaeso, quod molestia te afficere audeo simul ac in arcem vaticanam reversus sum post aliquot dies feriatos, sed Excellentissimus Dominus noster Reverendissimus Praefectus munus mihi tradidit ut te humiliter rogarem auxilium in intellegendis et acclarandis quibusdam locis in Hungaria, quorum mentionem invenit in brevibus pontificiis saeculorum XV/XVI. In alligato opusculo videre poteris duo tantum esse, quos in rubro colore notavi.

Excellentissimus tibi gratias iam perplures agit pro eo quod hanc epistolam legere non dedignatus eris.

Vale semper!

Marcus de Grillis a secretis

2.

*Il giorno 12 set 2022, alle ore 08:49, Tusor Péter ... ha scritto:*

Chare Marce, Vir illustris, mi amice colendissime,

acceptis tuis litteris statim cum Gabriele Nemes -- auctore sagace expertoque recentis Repertorium CVH II/10 -- coepimus investigare locos quaesitos, ut quam Tibi, quam Suae Excellentiae grati esse futuri possimus. Pensum fuit perpendendum, et proh dolor, solum in parte ad finem optatum perlatum.

Zeuthmategon vulgo vocatur "**Szentmárton**", i.e. **Sanctus Martinus**, uti in patrocino ecclesiae reperitur. Nomina Hungariae describuntur semper in hoc modo insolito per manus Romanas. Nihilominus in dioecesi hac amplissima Vesprimiensi occurrunt 12 villae de S.to Martino nuncupatae, identificatio exquisita videtur esse non quasi, sed realiter impossibilis. In indicem inseratur ergo solummodo ... "**Zeuthmategon (Szentmárton)**"

Elucetur "Kenurosheg" in modo favorabiliore, vulgo videlicet nominatur "Kenyereshegy" (i.e. ""Mons Panis""). In archidioecesi Strigoniensi invenitur unus locus solus cum hoc nomine, nunc desertus, proximus villae Marcelháza (in comitatus Komárom). Cum incolis mere hic existens: <https://www.google.com/maps/place/946+32+Marcelh%C3%A1za,+Szlov%C3%A1kia/@47.7927477,18.2900184,12z/data=!3m1!4b1!4m5!3m4!1s0x476a514329f7bf51:0x400f7d1c696dde0!8m2!3d47.7901435!4d18.2899025>

In indicem inseratur: "in Kenurosheg (Kenyereshegy)"

Inferius leguntur rigae expertae nunc collegae, olim mei alumni Gabrielis Nemes mihi in hoc casu scriptae.

In aliis occasionibus perquam lubenter pergimus iterum atque iterum ad serviendum obsequenter Suam Excellentiam nempe Te, Chare mi Amice, Marce.

Et cum his maneo semper obligatissimus

Petrus tuus Hungarus

3.

*Feladó: Archivio Apostolico Vaticano [archivio@aav.va](mailto:archivio@aav.va) Date: 2022. szept. 14., Sze, 8:26  
Subject: Re: Auxilium! To: Tusor Péter*

Charissime professor, amice mi!

Plus quam lubenter Excellentissimus lectiones tuas accepit et ex imo corde tibi perplurimas gratias ut redderem vece sua mihi dedit hoc munus, quod perficere haud cunctor. Ceterum censeo nos denuo collocuturos esse de proxima exhibitione librorum tuorum quae fiet die XVII Oct., ni fallor.

Semper tuus addictissimus maneo et vehementer te oro quam maxime cures ut semper valeas.  
Marcus